



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. T  
homas Apost. 21. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

21. Dec. VITÆ SANCTORUM. 795  
intelligens, compararis jumentis insipientibus, dum nil spirituale aut aeternum elaboras? S. Bern. epist. 104.

S. THOMAS A POST.  
21. Decembris.

D IUS THOMAS, cui etiam palpare fidem licuit; & profuit, dubitasse THOMAM, ut Indus crederet. Nam fidem in Indiam Meliaporem usque tulit, firmavitque miraculo, cum ingenti mole arborem, & quam multi & homines & elephanti movere loco frustra laborant, obsequentem ipse cingulo suo per millaria x. tractam templi structuræ devovit, simulque vaticinum edidit, cum mare pertingeret illuc, affuturos, qui quam ipse nunc fidem præluceret, extinctam iterum populis accenderent; quod fieri nuper sub coepitas Hispanorum navigationes vidimus. Cæterum fuit è sacrificulis tum temporis, qui suâ manu filium mactavit, scelusque THOMÆ affinxit. Hic alium nullum pro se causam dicere THOMAS voluit, præter infantem mortuum quis credat. Absolvit disertis verbis infans THOMAM, & patrem suum damnavit. Enimvero his miris uti nuper arborem, ita nunc in sententiam Regem ac populum omnem traxit, si unos sacrificulos de-

mas,

796 VITÆ SANCTORUM. 22. Dec.  
mas, qui aliò ab invidiâ abstracti pre-  
cantem ante sacram crucem THOMAM  
 sagittis primò, tum hastâ trajecerunt,  
 strenuum utique fidei propugnatorem,  
 qui, ut signo defenderet, cecidit ante si-  
 gna. Ex Maffeo & Osorio.

Sicut Thomæ, ita etiam inimicis suis  
demonstratus est Christus vulnera, ut  
convincens eos veritas dicat. Videtis vul-  
nera, quæ infixisti; agnoscitis latus,  
quod pupugisti; quoniam per vos & pro-  
pter vos apertum est, nec tamen intrare v-  
luiſisti. S. Aug. de Symbol.

S. ANASTASIA MART.  
22. Decembbris.

A NASTASIA è Romano & patricio  
sanguine patrem in fide agnovit  
S. Chrysogonus. Nupta viro (Publio no-  
men erat) à Christianâ religione alieno,  
matrimonii usu semper abstinuit, sive  
castitatis amore, sive superstitionis odio.  
Interea tamen mater pro Christo vin-  
ctorum audiebat, quos illa summis stu-  
diis ultimisque servitiis colebat, tunc  
præsertim, cum conjunx malus malam  
mortem obiit, qui carcere omnibus  
que malis, dum vixit, Anastasiam  
exercuit. Publio Ulpianus in impietate  
successit, sed quòd vim in ferre castil-  
fimæ tentasset, oculis primò orbatus,

22. T  
mox  
quoc  
ne m  
navi  
nauf  
est.  
defu  
dora  
astris  
tia n  
porti  
fia t  
socia  
forte  
œcul  
dixif  
io,  
vesti  
scire  
Met  
Co  
scien  
nis d  
ritas  
qui e  
ea in  
re v  
ferm